Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

sancte memorie allexandri tercij tempore mortuo. in
primum archiepm salzeburgen. pmotus est. Vbi post
multas tribulationes pter prefatum allexandr. mj.
quem coluit ab imperatore friderico primo eidem
illatas. domino nostro iesu xpsto illum vocante de
medio sublatus est. et in cenobio admontensi in pace
sepultus. Hic igitur sancte memorie pius leopol
dus ex utero matris in lucem editus. et in sacro bapti
smatis fonte renatus. ac deinde sacri crismatis sacmto
deuotissime confirmatus. et si pueriles annos ageret.
meritis tm senectutem semper gerere visus est. Primusq;
litteris ex more imbutus. adolescens factus suc pietatis
ac sanctimonie semper publicum perhibuit testimo
nium. carens vicijs quibus illa etas maculari con
sueuit. Verbum malum de ore eius nunq; auditum
est. mentiri atq; iurare lingua eius prorsus ignora
uit. animum eius aduersus viam erectum nunq; super
bia extulit. auaricia inflexit. aut ira in furore capita
uit. Sed in omni eius opere et sermone quietus mens
et placida seruata est. ita vt semper cogitacionibus suis
dei presencia occurrisse videatur. Ecca pauperes miserior.
ecclesias sepissime deuote visitans. ecclesiasticos et relig
osos in maxima reuerencia prsequens. peregrinis adiu
toria administrans. miserabilibusq; viduis ac pupillis
sepe assistens. nunq; requisitus in adiutorium oppressor
se retrahens. ita vt omnis populus illius honitatem.
vite sanctimoniam. moresq; castissimos admiraretur.
Virilibus deinde annis subsecutis. diuine benedictioni
inseruiens. ad matrimonij sacramentum quod ad hu
mam generis propaginem superna benedictione institutum
extitit conuolauit. agnetemq; mulierem castissi
mam et nobilissimam. henrici quarti romanor. imp
ratoris filiam preiominatam diuino nutu sibi sacro
matrimonio copulauit. anno dni Mcvj. seruans conti
nentiam laudabilemq; castimoniam. ante oculos sem
per habens matrimonium magnum esse in deo et
ecclesia sacramentum. iuxta aplm ad corinthios scd.
In quo fides thori coniugalis et ples iuxta testimonium